



# CONCLVSIONES EX VNIVERSA PHILOSOPHIA NATVRALI. QVÆSTIO PRINCEPS.

*Quid magis Fortitudini arduum Mæroris, an Lætitiae motus sustinere?*

*Ex utroque princeps Lusitania.*

*Præside P. M. Petro Peyxoto Societatis IESV,*

*Propugnabit Mattheus Ferreira ex eadem Societate.*

*Integra die Martij.*

## PRIMA CONCLVSIONE.

*Pro libris Physicorum.*

Ausa in cōmuni definitur, Principium per se influens esse in aliud. In Materiale, Formale, Efficientem, & Finalem communiter distribuitur. Causalitas est modus ex natura rei distinctus à sua causa, semper ponitur ex parte effectus. Causalitatem Materiæ in Passione, causæ Efficientis in Actione collocamus. Nulla causa potest operari quin existat, nec agere in remotum quin agat in propinquum: item nulla causa vniuoca potest simul esse patiens sui effectus; aliter dicendum de causa æquiuoca. Creatio est, productio Entis ex nihilo: solus Deus potest creare. Sed quæres, vtrum saltem instrumentaliter creatura creare possit? Respondeo posse obedientialiter instrumentaliter ita, vt ad id neque instrumentaliter sit à natura ordinata. Non tantum Omnis realitas, sed etiam modalitas, excepta Passione, creari potest.



## SECUNDA CONCLUSIO.



Otum physicum est substantia completa composita essentialiter ex materia, & forma inter se vnitis. Dividitur adæquate in cælestis, & sublunare. Hoc tria habet principia, vnum negatiuum, scilicet priuationem, & duplex posituum, nimirum materiam, & formam; generaturque de facto, diuinitus tamen creari nō repugnat. Posibile est totum physicum spirituale: contrarium opinor de toto composito ex materia spirituali & forma corporea. Compositum physicum non distinguitur à suis partibus simul sumptis, & vnitis. Quæres, vtrum totum physicum sit per se immediate operatum? Respondeo producere immediate suas proprietates, alios vero effectus requirendo simul accidentia. Totum physicum non est natura: oppositum assero de materia & forma.

## TERTIA CONCLUSIO.

*Pro libris de Cælo.*



Ælos non esse corpora simplicia, sed physice composita: item non esse animatos: esse tamen nobiliores omnibus compositis physicis sublunaribus inanimatis melior asserit philosophia. Vtrum vero sint corruptibles an incorruptibles? In hoc dubio esto arbiter. Cæli sunt tantum tres, Empyreum, Sydereū, & Aereum. Vtrum Materia cælestis sit eiusdem speciei cum sublunari? Elege. Supposita distinctione si quæras, quæ sit nobilior? Mea interest pro sublunari pugnare. Astra differunt inter se specie: item, licet ex se luceant, lucis augmentū à Sole accipiunt. Corpora cælestia non mouentur à propria forma, sed vel à Deo, vel ab Intelligentijs. Planetæ quo altiores in loco, eo sunt nobiliores in essentia, uno excepto Sole qui licet tribus sit depresso in loco, omnibus eminet in essentia. Lux astrorum est eiusdem speciei cum sublunari.

## QUARTA CONCLUSIO.

*Pro libris de Ortu, & Interitu.*



Eneratio in communi definitur *Mutatio à priuatione forma substantialis ad ipsam formam substantialiem in materia*. Definitio vero Generationis viuentium ita habet *Processio viuentis à principio viri & coiuncto secundū similitudinem naturæ*. Generatio est actio instantanea: illius terminus est forma vnta. Afferentibus omnem generationem naturalē esse conuersionem; item requirere præcedentem alterationem, quæ est *Motus ad qualitatem sensibilem, medium, vel extremam affluere*. Vtrumque Parentem ad generationē concurrere probabilius existimo. Omnes quatuor humores nimirum sanguis, flauabilis, atrabilis, & pituita in hepate gignuntur. Vtrum vero animetur anima totius? Negantibus adhæreo. Quæres, quod membrum efformetur prius Cor, an Hepar? Quid quid impugnaueris propugnabo. Res quandiu viuit semper nutritur.

## QVINTA CONCLUSIO.



Orruptio est *Mutatio totius in non totum sub eadem communi materia*. Corruptio naturalis vnius est generatio alterius. Melius philosophantur, qui in corruptione negat dari resolutionem, & que ad materiam primam, quam qui affirmant. Res viuentes non corrumpuntur à principijs intrinsecis. Quod semel interiit non potest naturaliter redire: diuinitus tamen non repugnat; quod intelligetā de rebus permanentibus; quam de successiuis. Quatuor tantum dantur Elementa nimirum Ignis, Aer, Terra, & Aqua. Cuilibet Elemento vna tantum qualitas est primis quatuor in summo inest: Elementa non sunt formaliter in mixto, sed virtute. Temperamentum est mixtio, in quaum quatuor qualitatum in gradibus remissis, & non aliqua qualitas à primis distincta.

SEXTA

## SEXTA CONCLVSION.

*Pro Meteoris.*

**P**ro materia remota habent Meteora terram, & aquam; pro materia proxima vapo-  
res, & exhalationes. Causæ efficientes Meteororum sunt corpora cælestia, quæ ex  
terra, & aqua extrahunt vapores, & exhalationes, & postea medijs suis qualitatibus;  
præcipue frigore, & calore Meteora absoluunt? Loci in quibus Meteora sunt  
sunt terra, & aer; aliquando etiam aqua. Materia ventorum est exhalatio calida,  
& sicca: ad motum illorum maxime conferunt astrorum influxus. Materia Nubium, Roris, &  
Pruinæ est vapor. Pleraque fluminajè mari prodeunt, quanquam aliqua præcipue minora fiant  
ex aquis pluuialibus, & vaporibus in cauernis terræ in aquam versis. Materia metallorum est  
vapor, & exhalatio inter se ita at temperata, ut præualuat humiditas. Causa motus maris, qui vo-  
catur æstus, est Luna:

## SEPTIMA CONCLVSION.

*Pro libris de Anima.*

**A**nima in communī definitur *Actus primus substantialis corporis physici organici potentia ri-*  
*tam habentis.* Diuiditur adæquate, & vniuoce in Vegetatiuam, Sensitiuam & Ratio-  
nalem. Hæc spiritualis est, immortalis, ac partium expers; reliquæ materiales, corru-  
ptibiles, ac diuisibiles. Omnes animæ sunt per se subsistentes; & nulla prius tem-  
pore producitur quam materiæ vniatur. In quolibet viuente vna tantum datur  
anima, quæ vera, est ac rigurosa forma talis viuentis, consortiumque alterius formæ nō admittit.  
Vnde falsa est opinio admittens formam corporeitatis. Animæ vegetatiæ conuenit potentia  
generatiua, nutritiua, & augmentatiua. Animæ vero sensitiuæ animalium perfectorum quinquè  
conueniunt sensus externi, & duplex internus; insuper & potentia motiuæ: Anima Rationalis  
tres habet potentias Memoriam, Intellectum, & Voluntatem.

## OCTAVA CONCLVSION.

**I**ntellectus, & potentia cognoscentes animæ sensitiuæ sunt potentia incōpletæ,  
indigentque compleri per species impressas: Voluntas vero, & Appetitus sunt po-  
tentia completae. Cognitio diuiditur in intuitiuam, & abstractiuam; illa definitur  
cognitio rei præsentis ut præsens est; hæc est illa cui de est aliqua conditio ad cognitio nem intuitiuam  
requisita. Sensus externi cognoscunt intuitiuæ, & nec diuinitus possunt cognos-  
cere abstractiuæ; Phantasia vero, & intellectus tam intuitiuæ, quam abstractiuæ cognoscunt.  
Diuiditur etiā cognitio in Apprehensiua, Iudicatiuam, & Discursiuam. Nulla potentia ex affig-  
natis, excepto intellectu, iudicat, aut discurrit; omnes tamen apprehendunt. Anima separata  
appetit vñionem ad corpus appetitu innato: status tamen separationis non est illi violentus.  
Anima separata non cognoscit se immediate absque specie.

## NONA CONCLVSION.

*Pro libris de Minimis naturalibus, & Ethicis.*

**M**emoria vel est sensitiua, vel intellectua: hæc est intellectus ut est principiū repetendi  
quæ semel cognouit; illa similiter est Phantasia ut est principium repetendi quæ iam cognouit.  
Memoria sensitiua datur in omnibus fere brutis: intellectua datur in Angelis,  
& hominibus, non tamen in Deo. Somnus definitur Ligatio sensuum exteriorum ad  
animantium salutem instituta, & datur in omnibus animalibus. Mors est discessus animæ  
a corpore. Vita est morti opposita. Omnia animantia sunt natura sua mortalia. Virtus est habitus ope-  
rativus boni; virtutes non esse nobis ingenitas, sed nostris actibus acquisitas, vel infusas affirma-  
mus. Ex virtutibus, quas principales vocant Prudentiam scilicet, Iustitiam, Fortitudinem, &  
Temperantiam, nulla in Appetitu sensitiuo subiectatur: earum si quæras, obiecta dabo,

*Cum facultate Superiorum.*

# SEXTANGENEGASMS

# SEPTIMA CONGREGACIÓN

# OCTAVA CONGREGATION

Alma letat non cogitare immemoriae sapientia plectri.  
aberrans animos ac columnas abbeatis innato: fatus tamquam iepatim non est illi sicutum  
naturae, excepto intelleghi, inservit: nisi diligenter; omnes tamen appreheendiuntur. Anima vero  
diligentem cum cognitio in appetitu, in dulcedo, in dilectione, in dilectione. Multa poteris et xvi  
cetera applicari; P. patet invenireto, & in effectu istius ratione, duxit aperte cognitio  
etiam latitudine. Sequitur ex certiori cognitio leviori ratione, & hinc etiam sapientia cognitio  
completa. Quod est invenire, & permutare, & in effectu istius ratione, duxit aperte cognitio  
cognitio etiam sapientia. Sicut enim ex certiori cognitio leviori ratione, & hinc etiam  
sapientia cognitio completa.

QVINTA CONCLUSIO  
COLLEGIO MUNICIPALIS

# NONA CONGREGATION